Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ideo

Et sic requisitio ista à Venditore suscipitur, ut Dominus certior fiat de persona, eiusq; omnibus qualitatibus, in quam facta sit alienatio Vt in nouum Vasallum pro Venditore recipiatur non uero in eum finem, ut Dominus ipsi facte alienationi consentiat, quasi illa absq; illius consensu fieri non potuerit: Sed potius, ut Dominus intelligat, personam Emptoris aptè aptè idoneam aut alias Domino non ingratam esse, adeoq; sine Domini assensu iure factam alienationem rite ac sine ipsius detrimento aut preiudicio factam esse.

Et hæc quidem omnia Venditor Vasallus reuerenter atq; humiliter exponere debet utq; Dominus Emptorem pro Vasallo suo suscipiat, rogare, etiamsi manifestum sit, Dominum nullam recusandi legitimam causam habere, & consequenter suo iusto sensu impedire alienationem non posse, Vasallus enim, imo etiam qui dejit Vasallus esse,

per